

Aleotti, Raffaella. Sacrae cantiones quinque, septem, octo, & decem vocibus . . . liber primus. . . Venezia, Ricciardo Amadino. 1593. RISM A821.

Title:

[border all around]
 SACRÆ CANTIONES
 QVINQVE, SEPTEM, OCTO,
 & decem uocibus decandandę.
LIBER PRIMVS.
 A R. S. RAPHAELA ALEOTTA FERRARIENSI
 In Monasterio Reuer. Monialium S. Viti Monaca
 in lucem editę.
 [Printer's mark]
 VENETIIS, Apud Riciardum Amadinum

M D XCIII.

Dedication:

[ornate banner] | ILLVSTRISSIMO, | AC REVERENDISSIMO | DOMINO IOANNI
 FONTANÆ | Ferrariensis Ecclesiæ Pontifici meritissimo. | [orn.] | S. Raphaela Aleotta S. P. D. |

*SI bonus Pastor amat oues suas, quanto magis & oues Pasto-|rem eas fouentem, ac educantem
 diligere debent? & quæ e qui-|dem religiosæ cœlestibus donis hodie paſcentur oues, quæ magis, |
 atque magis nobis omnibus ſub tua viuentibus cuſtodia eorum | Paſtori debeat? cum adeo
 perſpicua, ac tam præclara nos cu-|ſtodiendi, ac muniendi fuerit, & fit vigilatiffima cura tua, ne
 | amplius féri Leonis rapacifimam vnguem pertimere debeamus? | cuius ego ſupræmi muneris
 non ignara, nec minime illius diui Au-|guſtini ſententiae immemor, Accedat homo ad cor altum &
 exal-|tabitur Deus, nolui deficere, quin in aliqua pro viribus parte tibi | cordis mei intimum
 deuelarem. Hæ igitur ſunt Sacræ Cantiones, nonnullæ à me (cum à diuinis | vacarem) &
 nonnullæ ab Hercule Paſquino in hac ſcientia præceptore meo compositæ, quas, | ſicut te
 gubernante façtæ ſunt, itidem & te gubernante, ſub tuoq; nomine edendas cefui, vt | videat
 mundus, ouem fructus paſtori dare. Accipe ergo ſærena fronte quod tibi dare potest
 pau|perculum munus debilitas mea, & non tantum non neges, ſed omni ope gloriosifimum illud |
 professionis uelus, à quo cupiditas mea beari potest, mihi libenter doneſ. vt eius miraculo in-|
 tegritatem cordis perficere, & alacrius altissimo psallere valeam. Diù vale, atq; fæliciter viue. |*

Index:*INDEX.*

[column 1]

*Sancta, & immaculata virginitas
 Exurgat Deus
 Audiui vocem de cælo
 Beatus Laurentius
 Exaudi Deus orationem meam
 Iubilate Deo omnis terra
 Diligam te Domine
 Facta est cum Angelo
 Miserere mei Deus*

[column 2]

*Angelus ad Pastores
 Vidi speciosam sicut columbam
 Congregati sunt inimici nostri
 Ascendens Christus in altum
 Ego flos campi A 7.
 Hodie nata est beata Maria A 7.
 Congratulamini mihi omnes A 8.
 Surge propera amica mea A 8.
 Quem vidistis Pastores. A 10.*

Contents:

SAncta & immaculata virginitas quibus te laudibus efferam nescio Quia quem cæli capere non poterant tuo gremio contulisti.

EXurgat Deus & dissipentur inimici eius Et fugiant qui oderunt eum Sicut deficit sumus deficiant Sicut fluit cæra a facie ignis Sic pereant peccatores a facie Dei.

AVdiui uocem in cælo duorum Angelorum dicentium Timete Deum & adorate eum & date claritatem illi Qui fecit cælum & terram Mare & fontes aquarum.

BEatus Laurentius orabat dicens Domine Iesu Christe Deus de deo miserere mihi.

EXaudi Deus orationem meam Et ne despexeris deprecationem meam intende mihi & exaudi me Contristatus sum in exercitatione mea & conturbatus sum a voce inimici & a tribulatione peccatoris.

IVbilate Deo omnis terra Seruite domino in lætitia Introite in conspectu eius in exultatione. Herc. Paf.

DIligam te Domine fortitudo mea Dominus firmamentum meum & refugium meum & liberator meus Deus meus adiutor meus Et sperabo in eum Protector meus & cornu salutis meæ et susceptor meus Laudans inuocabo dominum et ab inimicis meis saluus ero.

FActa est cum Angelo multitudine cælestis exercitus Laudantium Dominum & dicentium Gloria in excelsis Deo & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis Alleluia Gaudet exercitus Angelorum
Quia salus apparuit.

Miserere mei Deus Quoniam in te confidit anima mea in te Et in umbra alarum tuarum donec transeat iniquitas.

ANGelus ad pastores ait Anuncio uobis gaudium magnum Quia natus est uobis hodie saluator alleluia.

VIDI speciosam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum cuius inestimabilis odor erat nimis Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum et lilium conualium.

COngregati sunt inimici nostri & gloriantur in uirtute sua Contere fortitudinem illorum domine & disperge illos ut cognoscant quia non est aliud Qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster disperde illos in uirtute tua Domine.

AScendens Christus in altum alleluia captiuam duxit captiuitatem alleluia dedit dona hominibus alleluia Ascendit Deus in iubilatione alleluia.

EGO flos campi et lilium conualium Sicut lily inter spinas Sic amica mea inter filias Sicut malus inter ligna siluarum Sic dilectus meus inter filios. a 7.

HOdie nata est beata Maria ex progenie Dauid cuius uita gloriofa lucem dedit seculo natuitatem beatæ Virginie Mariæ Cum gaudio celebremus per quam salus mundi credentibus apparuit cuius dominus humilitatem respexit Quæ angelo nunciante concepit Saluatorem mundi. a 7.

COngratulamini mihi omnes qui diligitis dominum quia cum effem paruula placui altissimo & de meis uisceribus genui deum & hominem beatam me dicent omnes generationes quia ancillam humilem respexit deus. a 8.

SVrge propera amica mea speciosa mea & veni Columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ Oftende mihi faciem tuam sonet vox tua in auribus meis uox enim tua dulcis & facies tua decora. a 8.

QVem uidistis pastores dicite Annunciate nobis in terris quis apparuit Natum uidimus & choros Angelorum collaudantes dominum dicite quid nam uidistis & annuntiate Christi natuitatem Natum uidimus & chorus Angelorum collaudantes dominum. a 10. Herc. Pas.

Part-books:

CANTVS	A-C ²	24pp.	Dedication.	Index.
TENOR	D-F ²	24pp.	Dedication.	Index.
ALTVS	G-I ²	24pp.	Dedication.	Index.
BASSVS	K-M ²	24pp.	Dedication.	Index.
QVINTVS	N-P ²	24pp.	Dedication.	Index. [P ² folio unsigned]

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: D-KI (digital copy). RISM A821.

Online source: D-KI; Deutsche-digitale-bibliothek.org